SACROSANCTI, ET OECVMENICI

CONCILII TRIDENTINI,

Paulo III. Iulio III. & Pio IIII. Pontificib. Maximis, celebrati,

CANONES, ET DECRETA.

D. Io. Sotealli Theologi; & Horatij Lucij Iureconſ. vtiliſsimis margini additis annotationibus.

Bullis etiam Pij IIII. Pont. Max. ad calcem adiectis.

SALMANTICÆ,

In ædibus Ildefonſi à Terranoua & Neyla.

M. D. LXXXI.

AD ILLVSTRISS.

ASCANIVM COLVMNAM M. ANT. F.

IOAN. DOM. FLORENTIVS ROM.

QVAM graue, moleſtumque ſit (ASCANI ampliſs.) velle, atque omni ſtudio eniti, & contendere, aliquo genere officij ei reſpondere, cui te plurimum debere ſentias; cùm tamen is rerum omnium ad voluntatem fluentium commodis abundet, tuique nihil indigeat; vix cogitatione comprehendi, aut oratione vlla explicari poteſt. Nam quò magis in id incumbis vnũ vt collatis in te officijs indignus omninò ne videare, tuamq; tenuitatem, ne id aſſequaris, impedimento tibi eſſe videas, propter eius, cui ſatisfacere cupias, præſtantiam, & dignitatem, eò maiorem neceſſe eſt capias animo dolorem, & moleſtiam. Porrò hanc ob cauſam acerbam vitam agenti hæc vna res ſolatio eſſe poteſt, ſi eum intelligat; cuius in ære ſit; non obſcurè perſpicere, ſe; quantum quidem præſtare ipſe poſsit; elaborare, vt omnibus hominibus probet, ſe referendæ gratiæ perſtudioſum eſſe. Egregius enim conatus præclaris in rebus non exiguam habet laudem, & approbationem, quanquam optatum non ſortitur euentum. Hoc mehercule nunc

BVLLA INDICTIONIS SACRI, OECVMENICI, ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI.

SVB PAVLO III. PONT. MAX.

PAVLVS EPISCOPVS, ſeruus ſeruorum Dei ad futurã rei memoriam.

INITIO noſtri huius Pontificatus quem nõ ob merita noſtra, ſed propter ſuã magnã bonitatem, Dei omnipotentis prouidentia nobis cõmiſit, cernẽtes iam tum in quas perturbationes tẽporum, quot que incõmoda rerũ ferè omnium noſtra Paſtoralis ſolicitudo, & vigilia eſſet vocata, cupiebamus quidem mederi Chriſtianæ Reip. malis, quibus illa iãdudũ vexata, & propemodũ oppreſſa eſt: ſed ipſi etiã, vt homines circũdati infirmitate, ad tantum onus tollendũ impares vires noſtras eſſe ſentiebamus. Nã cũ pace opus eſſe intelligeremus ad liberandã, & conſeruandam a plurimis impendentibus periculis Rẽpu. omnia inuenimus odijs, & diſſenſionibus plena, diſſentiẽtibus præſertim Prin-

SESSIO PRIMA
SACROSANCTI OECUMENICI, ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI.

SUB PAULO III. PONT. MAX.

Celebrata die .xiij. menſis Decemb. anno Domini. M. D. XLV.

Decretum de inchoando Concilio.

PLACET ne vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ad incrementũ & exaltationem fidei, & religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſium, ad pacem, & vnionẽ Eccleſiæ, ad reformationem Cleri, & populi Chriſtiani, ad depreſsionem, & extinctionem hoſtium Chriſtiani

SALMANTICÆ,
Ex officina Ildefonſi à Terranoua & Neyla.
M. D. LXXXI.